



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CVII. Electio S. Ignatii de Loyola in Patronum Cantabriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

S. 2. Decernentes eadem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; sive in premisis per quocumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus premisis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens ad praemissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumpsis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem proorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habetur; qua haberetur ipsiis presentibus si forent exhibite, vel ostendae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXXI. Jul. MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CVI.

Transfertur Indulgentia Plenaria perpetua in Festis SS. Placidi, & Mauri ad Festa SS. Zoili, & Felicis in Monasterio S. Zoili de Carrion Patentinæ Dicccesis.

Prædicta Indulgentia in Festis SS. Placidi, & Mauri concessa fuit a Clemen. X. Constitut. ed. 1671. Dec. 19. P. 2.

Dat. 24. Aug.
1682. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

A Clemen.
X. concessa
fuit præd. In-
dulgentia in
festis S. Be-
nedicti, Scho-
lastice, Pla-
cidi, & Mau-
ri.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbas, & Monachi Monasterii Saæti Zoili Locri de Carrion Patentinæ Dicccesis Ord. Sancti Benedicti, quod inter alias Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiariam relaxations Christifidelibus Ecclesie Ordinis ejusdem S. Benedicti visitantibus, a diversi Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessas, fel. recor. Clemens Papa X. Prædecessor pariter Nostrarum, omnibus, & singulis utriusque sexis Christifidelibus, vere poenitibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum, tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium, eatenus erexit, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ, ac Placidi, & Mauri festis diebus, necnon die decima tertia Novembri, qua omnia Sanctorum Ordinis prædicti Commemoratio ibidem fieri solet a primis Vesperis, usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitasse, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudient, quo die ex prædictis id egilient plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in

Domino in perpetuum concessit, prout in litteris Apostolicis desuper in simili forma Brevis die decima nona Decembri 1671. expeditis ubi continentur.

S. 1. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat prefata Ecclesia Monasterii S. Zoili de Carrion a Christifidelibus illarum partium, diebus festis Sanctorum Placidi, & Mauri, minus frequentetur, majorque ad illam confluat Fidelis Populi multitudo in diebus Festis Sanctorum Zoili, ac Felicis Martirum quorum Corpora (ut pie creditur) in eadem Ecclesia honorifice collocata sunt. Nobis propterea d. Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in premisis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 2. Nos igitur supplicationibus eorumdem Abbatibus, & Monachorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Indulgentiam plenariam diebus festis Sanctorum Placidi, & Mauri concessam, ut præfertur, quoad Ecclesiam Monasterii S. Zoili de Carrion dumtaxat in diebus festis eorumdem Sanctorum Zoili, & Felicis Martyrum; ita ut Christifideles vere penitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, qui de cætero eamdem Ecclesiam in diebus festis memoratorum Sanctorum Zoili, & Felicis a primis Vesperis, usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi, ut supra oraverint, quo die prædictorum id egerint eamdem plenariam Indulgentiam omnium peccatorum suorum, & remissionem consequantur, quam consequerentur si in ipis festivitatibus Sanctorum Placidi, & Mauri Ecclesiam prædictam visitarent, servata tamen cæteroqui supradictarum literarum forma, & dispositione, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo transferimus; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXIV. Aug. MDCLXXXII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Preces Ab-
batis, & Mo-
nachorum.

Translatio
prefate In-
dulgentie.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de electione S. Ignatii de Loyola in Patronum Regionis Cantabriæ.

Similem electionem S. Josephi habet Condit. ad 1671. Apr. 19. P. 3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacritibus præpositorum emanavit ad favorem dicatorum filiorum Communitatium, ac Universitatum, & hominum, Civitatum, & Locorum, Regionis illius Cantabriæ, quæ Hispanice Vizcaya nuncupatur Decretum tenoris, qui sequitur: videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eñi, & Rñi Dñi Cardinalis Columnæ, cognita causa, quod Regio illa Cantabriæ, quæ Hispanice Vizcaya nuncupatur per omnium Civitatum, & Locorum suffragia elegit sibi Patronum unicum Sanctum Ignatium de Loyola Societatis Jesu Fundatorem ob præstantem ejus Sanctitatem, & specialem omnium propensionem in eum, utpote illius dominatus originarium, & hujusmodi electio facta fuit servatis servandis juxta Decretum super electione Sanctorum in Patronos ab eadem Sacra Congregatione iussu fel. rec. Urb. VIII. sub die 23. Martii 1630. emanatum, prædictam electionem approbavit, & confirmavit: Et de præfato S. Ignatio, ut præfertur in unicum Patronum principalem sic electo, prærogativas omnes eisdem

CVIL

Dat. 7. Sept.
1682. An. 6.

Decretum
præd. Con-
gregationis.

unicis

ANNO
1682.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

369

ANNO
1682.

unicis Sanctis Patronis principalibus competentes decrevit, juxta tamen Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, & ad formam Constitutionis ejusdem Urbani VIII. super observatione festorum die 13. Septembris 1641. edit. hac die 22. Augusti 1682. - Cas. Card. Fachenettus - Bernardus Casalius Sac. Ritum Congregationis Secretarius.

Preces Po-
pulorum.

§. 1. Cum autem sicut pro parte Communatum, ac Universitatum, & hominum prafatrorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostra patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenitis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innotatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore carentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentum approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus; salva tamen in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio
relati De-
creti.

§. 2. Decernentes eadem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus fortiori, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac iritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Dat. Roma apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die VII. Septembris MDCLXXXII. Pontificatus nostri anno Sexto.

CVIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum quo declaratur, licet Monachis Carthusiis, Papiae instituire Processionem in Festivitate Corporis Christi apertis Januis intra Claustra.

De Privilegiis Carthusianorum vide Conf. ed. 1682. Julii 31. P. 6. Item Conf. ed. 1688. Octob. 18. P. 6.

Dat. 11. Sept.
1682. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum
Congr. pre-
dictæ contra
Promotorem
Fiscalem
Mense Epis-
copalis Pa-
piz.

E Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris qui sequitur, videlicet. In Congregatione Sacrorum Rituum proponente Emo, & Rmo D. Cardinali Ludovisio, discussa causa controversiæ processionis fieri solite solemnitatis SS. Corporis Christi vertenti. inter Monachos Carthusianos Papiae, & Promotorem Fiscalem Mensæ Episcopalis ejusdem Civitatis, eadem Sacra Congregatio utraque parte hinc inde audita, & informantem, declaravit licet Patribus Carthusiis Papien. facere Processionem in festivitate Corporis Christi apertis Januis intra Claustra, & ita decrevit die 22. Augusti 1682. - Cas. Cardinalis Fachenettus - Bernardus Casalius Sac. Rit. Congregationis Secret.

Preces Pri-
cis, & Mona-
chorum.

§. 1. Cum autem sicut pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Monachorum Monasterii Papien. Ordinis Carthusien. Nobis subinde expo-

situm fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent, Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenitis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innotatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore carentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentum approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus; salva tamen in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiori, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari. Sicque in praemissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac iritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstabit Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Septembris MDCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Confirmatio
relati De-
creti.

Clausulæ.

Confirmatur Summarium Indulgentiarum, & facultatum Confraternitati Servorum, sive Septem Dolorum B. M. V. concessarum.

Aliæ Indulgencie huic Confraternitati concessæ fuerunt Conf. ed. 1681. Septem. Pont. 5.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dat. 24. Oct.
1682. An. 7.

Ad futuram rei memoriam.

E Xponi Nobis nuper fecerunt Dilecti filii Vicarius Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum Beatæ Mariae Virginis, quod nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri qualdam Indulgencias, seu peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxations Confratribus, & Consoribus Confraternitatis sub titulo Servorum, sive Septem Dolorum ejusdem Beatæ Mariae Virginis erectæ, & instituta, sub certis modo, & forma tunc expressis concederint, ac Priori Generali, eoque absente Vicario Generali dicti Ordinis similes Confraternitates erigendi, & instituendi, illisque Indulgencias, seu peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxations hujusmodi communicandi facultatem tribuerint; Summarium eatumdem Indulgenteriarum, aliarumque gratiarum concessum, ac de mandato Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgencis, & Sacris Reliquis preposita a quodam ipsis Congregationis Consultore eum originalibus Literis Apostolicis confessionum hujusmodi collatim, & recognitum fuit, tenoris, qui sequitur.

Plures In-
dulgencias, &
facultates
concessæ
fuerunt d. Con-
fraternitati.

Summa-
rium Indul-
gentiarum
recognitum.

Indul-